

675 [=2111] optimis et magnis litteris. Surrenti in hortis archiepiscopi GIOV. ibidemque fuit a. 1845. Iam in museo.

A	V	G	V	S	T	V	S			
co	S	·	V	·	DESIG	·	VI	·	P	·
P E R M I S I T										

Descripti et recognovi. Anastasius 1751 p. 146; Giovenazzi apud Zaccariam cod. Vat. 9131 f. 324'; Gerhard apud Amatium cod. Vat. 9774; Capasso p. 92.

3 nescio quo errore extare negavit Capassus. — Si est Vespasiani, ut videtur, anni est p. C. 74.

676 [=2112] bases duae simillimae. Surrenti in porta quae dicitur Parzano IVC. similiterque MARVC. et RELIQVI. Ibidem vidi ego a. 1846. Iam altera basis, scilicet ea quam primo loco exhibui, extat in museo; altera videtur periisse, cum porta diruta est.

IMP · CAESARI	
DIVI · TRAIANI · PARTHIC · F	
DIVI · NERVAE · NEP	
TRAIANO · HADRIANO	
urceus 5	AVG · PONT · MAX · TR · POT · V patera p. C. 121/2
COS · III	
OPTIMO · MAXIMOQ · PRINC	
DECVRIONES	
MVNICIPESQ · SVRRENT	
10	PECVNIA · CONLATA

in exemplo II:

NEPOT

SVRRENTINI

Descripti et recognovi. Iucundus f. 129 (inde Bononius Trai. f. 134, Ottob. f. 45; Don. 3, 44 ex ms. antiquo; Mur. 1083, 7 ex schedis Cyriaci, id est ex Bononio Ottob., et ex Donio); Marucellianus A. 79. 4 (ex eo Bongianelli apud Manutium Vat. 5237 f. 256; inde Manutius orth. p. 373, 23; ex Manutio Ligorius Taur. 16; Gruterus praeterit); Bembus f. 98'; Capaccius l. 2 c. 12 p. 506 et 507, qui primus utrumque exemplum proposuit (repetiverunt alterum Reinesius 3, 13; Spon. p. 197, 2, ubi adhaesit clausula ex n. 684; Donat. 215, 5 ex Sponio; alterum Reinesius 3, 14; Spon. misc. p. 197, 1; Anastasius p. 143; Capasso p. 79); Maza apud Mur. ms. 21, 231, ed. 1993, 2; Gudius ms. p. 115, 3, ed. 89, 8; Anastasius p. 143; Pococke p. 69 n. 5; Giovenazzi cod. Vat. 9131 f. 324; Capasso p. 80. Orelli 3742.

6 COS-III Maruc. Bemb., COS (om. III) Iuc.; ego excepi CO/ III. — Capaccius alterum titulum corrupit sic: IMPERATORI CAESARI . . . TRAIANI-F . . . SVRRENTINA-RESPUBLICA.

677 [=2113] basis minus alta quam n. 678 nec cum ea socianda. Surrenti in arcu episcopatus IVC., similiterque RELIQVI et EGO quoque a. 1845. Iam in museo.

INSTAVRATORI · ORBIS
TERRARVM · PERPETVO
AC · PISSIMO · IMP
D · N · FL · VALERIO
5 C O N S T A N T I N O
M A X I M O · P I O
F E L I C I · S E M P E R · V I C
sic T O R I S · A V G · R E S P
SVRRENTINORVM · D · D

Descripti et recognovi. Iucundus f. 129 (inde Bononius Trai. f. 134, Ott. f. 45; Donius 3, 66 ex ms. antiquo; Mur. 1083, 6 ex schedis Cyriaci, id est Bononii, et Donio); Bembus f. 98'; Cittadini cod. Vat. 5253 f. 404 omnino a prioribus; Capaccius l. 2 c. 12 p. 507 (inde Reines. 3, 16; Spon. p. 197, 3; Anastasius p. 143; Capasso p. 85); Maza apud Mur. ms. 21, 231, ed. 1994, 10 ex schedis Mazae; Gudius ms. 115, 1, ed. 94, 10; Ughelli cod. Vat. olim Barb. 9441 f. 179 (inde Mai script. Vat. t. 5 p. 246 citans schedas Barberinas), Ital. sacr. 6, 594; Pococke p. 70 n. 7; Gerhard apud Amatium cod. Vat. 9774; Capasso p. 84.

Confudit cum titulo n. 679 Capaccius.

678 [=2114] Surrenti in maiore ecclesia CAP. ibidemque vidi EGO a. 1846. Iam in museo.

PISSIMAE · AC · VENERAVI
LI · D · N · FAVSTAE AVG
VXORI D · N · MAXIMI
VICTORIS · AVG
5 C O N S T A N T I N I O
D · D · D · N · N · N
CRISPI CONSTANTINI
CONSTANTI BAEA
TISSIMORVM caesarum
10 RES · P · SurrentinOR

Descripti ego et post Philippium recognovi, recognovitque denuo a me rogatus Duhnus. Capaccius l. 2 c. 12 p. 508 (inde Reines. 3, 53; Spon. misc. p. 197, 4); Ughellius Ital. sacr. 6, 593; Gudius ms. p. 115, 2, ed. 95, 5; Anastasius p. 145; Giovenazzi cod. Vat. 9131 f. 324 et apud Maium script. Vat. 5 p. 238; Capasso 1846 p. 85; omnes cum interpolatione eadem tralaticia. Ab interpolatione ea abstinerunt Pocockius p. 69 n. 2; Gerhard apud Amatium cod. Vat. 9774; Borghesius Bull. dell' Inst. 1845 p. 63 ad accuratum exemplum Brunnii; Garrucci Bull. arch. Nap. N. S. 2 p. 53 addita epistula Borghesii (= opp. 8, 291); Capasso Bull. arch. Ital. 4 p. 156 et in actis minoribus academiae Pontianae vol. 10 (1862) p. 28—37. Eundem esse titulum interpolatum illum et hunc monuit Minervinus Bull. Nap. 4, 120. Henzen 5584.

2 FAVSTAE et 3 VXORI licet erasa cernuntur; HELENAE AVG-MATRI priores supra recensiti. — 5. 6 quid hoc loco fuerit, ubi ET-AVIAE dederunt priores ex interpolatione, adhuc reperiri non

potuit; ego olim excepi ///|///^v, cogitans de MATRI; *m(e)m(o)riae fellicis (!) procl'eatrici* Garruccius sibi videre visus est; M/T//| -I/OIV/ nuper deprehendit Capassus, explicans MATRI|DOM, suspicatus quadratarium vocabulum *dominorum* hic scribere coepisse, sed proposito mutato id imperfectum mansisse; mihi nuper visa est v. 5 secunda littera erasarum O fuisse, v. 6 primam satis constabat esse T, sequi videbantur IM/I. Illo loco cum in mentem mihi venisset olim fuisse *novercae*, Duhnus v. 5 rescripsit id ipsum certo deprehendisse se, scilicet NOVAERC (E non adfuit). Deinde v. 6 eidem vestigia apparuerent haec: CLIMPSNT· sequente spatio vacuo duarum fere litterarum. In mentem venit TRIVM; sed tutius visum est rem in incerto relinquere. Quaestio eo magis perplexa est, quod nequaquam constat, quo loco Fausta fuerit adversus filios mariti. Nam Crispum quidem natum esse ex Minervia concubina auctores Zosimus (2, 29), Zonaras (13, 2), Victor (epit. 41, 4) consentiunt. De Constantino II Constantio II Constante id ipsum idem Zosimus adseverat 2, 9: ἐτέχθησαν δὲ οὗτοι οὐκ ἀπὸ Φαύστης τῆς τοῦ Ἐρκουλίου Μαξιμῶδ' θυγατρὸς, ἀλλ' ἐξ ἄλλης, ἧ μοιχεύσας ἐπαγαγὼν μέμψιν ἀπέκτεινεν, eodemque eos loco fuisse adversus Faustam atque Crispum hic noster titulus satis declarat. Nec magnopere obstat, quod Iulianus in oratione altera p. 51 Spanh. Constantium II praedicat avum maternum habuisse Maximianum; nam eodem loco eum refert inter posteros Claudii Gothici iure non meliore. Et similiter atque Valeria Diocletiani filia Galerii uxor ob sterilitatem Candidianum a marito post nuptias cum ipsa procreatum ex concubina adoptavit (Lactantius de mortibus persecut. c. 50), Fausta quoque mariti filios ex aliis mulieribus genitos pro suis habere potuit. Quam ob rem in *novercae* appellatione mihi videtur adquiescendum esse. — 7 in. verissime ait Capassus litteras hic erasas esse numero quinque, quarum quamquam nulla hodie discernatur, fuisse hic omnino aliquando nomen CRISPI. Ego olim dedi ///|///s errore, Garruccius CONSTANIS interpolatione absurda. — 8 in. ET addit Garruccius solus et contra lapidem. — 8 fin. 9 BAEATISSIMORVM agnovit Garruccius probavimusque Capassus et ego; CAES///IMORVM ego olim. — 9 fin. AC *felie* Garruccius temere. — 10 ///|INI///VMI//OR ego olim, ///|IS-P////OR (s addidit Duhnus) curis secundis, quod explevi ad n. 677 eiusdem aetatis; ///|OIVI//I///RIVM//OR Capassus, *iun caesarVM* OR Garruccius. — 11 videtur non scriptus fuisse; v///\//// ibi sibi agnoscere visus est Philippus, *do et populus surrentinorum* hic restituit Garruccius.